



Consilia Seu Responsa Juris

Schmalzgrueber, Franz

Augusta Vindelicorum & Ratisbonae, MDCCXL

Cons. LXXX. Immunitatis violatæ ob manus violentas injectas Clerico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72304](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72304)



CONSILIO LXXX.

In causa immunitatis personalis violatæ in Clerico, à ministris publicis in itinere vio-
lenter detento.

S U M M A R I U M.

1. 2. Facti species, &c. quæstiones discutiendæ.
3. Clerici immunes sunt à foro sæculari.
4. Excommunicationem incurront, qui Clerico violentas manus injiciunt:

5. aut id mandant, consulunt &c.
6. Quid intali casu faciendum sit judici Ecclesiastico?

FACTI SPECIES.

I.

PAUCHUS quidam nuper Augustâ dominum regressus est, carpento vectus. Cum potitem Lyci transiisset, in hujus aditu sex satellites (vulgò Tabac-Schörzen) ab Officialibus F. constituti, Carpentum cinxerunt, famulum aurigantem ex equo, quem fræno apprehensum fecerunt sistere, deturbârunt, lustrâruntque, num quid tabaci (quod genus mercis in Bavariam importare prohibitum est) haberet secum. Interea alii carpentum, & quæ ibi portabantur, disquisierunt universum, num invenirent ibi merces in Provinciam inferri vetitas. Rusticum, Parochi lateri assidentem, vi extraxissent, nisi iste illum ultro ex curru manu clavasset descendere: personam tamen ipsius Parochi reliquerunt intactam, attamen adigere voluerunt, ut, uno satellitum comitante, F. pergeret, & Officialibus se præsentaret, utique visitandus; sed iste, conspectâ ad evadendum viâ, elapsus est, satellitibus frustra aliquamdiu inequentibus.

2.
Quæstiones
discutiendæ

QUÆRITUR 1. utrum Parochus iste, salvo privilegio clericali, adigi potuerit, ut se Ministris sæcularis Curiax sisteret? 2. an attentatum hoc satellitum immunitati Ecclesiastice graviter injuriosum fuerit, & propterea ipsi excommunicationem Canonis incurrerint? 3. si incurrerunt, an etiam ii, qui satellites ad hoc constituerunt, & animarunt, aut aliæ consilium dererunt, eidem censuræ obnoxii facti sint? 4. an iudex Ecclesiasticus, defuper edo-

ctus, & requisitus, possit, salviâ conscientiâ, factum hoc dissimulare? an vero teneatur Parochum, contra privilegium Canonis graviter læsum, defendere, & transgressores coercere?

Resp. ad 1um negativè ob clarostextus

c. Clerici. 8. dejudic. c. nullus judicum, 2. & c. si diligenti, 12. de for. compet. ubi immunitas à foro sæculari Clericis expressè statutur. Ratio est, quia valde indecens videtur esse, ut statu inferior judicet superiorē, sed Sacerdotes, aliqui Clerici in digniore, & altiore sunt statu, quam Laici can. duo sunt. dist. 96.

Ad 2um. Si satellites filios ignorantia non excusavit, incurserunt excommunicationem Canonis; quia, ut habetur can. si quis suadente. 17. q. 4. hanc incurrint omnes, qui suadente diabolo, id est, per culpam mortaliter gravem manus violentas in Clericum, vel Monachum injecrint; atqui per manuum injectionem, ut DD. explicant, hic intelligitur quicunque effectus violentus in personam, vel adherentia personæ, ut si quis per injuriam aquam, salivam, pulverem &c. in Clericum projiciat, si violentè illum detineat, etiam sine lesione, si aliquid ei per vim eripiat è manu, vel corpore, si ad frenos equi manus adhibeat, si proscindat ephippii cingulum, si furiosè eundem persequatur &c. quod factum in casu præsenti est, ergo &c. Dixi autem, si illos non excusavit ignorantia; nam probabilis admodum sententia est, ab ignorantibus censuram istam non incurri.

Ad 3. Qui satellites animarunt ad speciale hoc factum, eidem poenæ obnoxii sunt
c. mulieres 6. §. fin. c. quanta 47. de sent. 68.

excomm. & c. cum quis 23. eod. in
6.

ubi expresse dicitur, non solum criminis
executorem, sed etiam mandantem, consi-
lentem, aut alio modo incitantem, item
consentientem, imò etiam non impedien-
tem, modò ex officio impedire deberet,
secuto postea effectu, excommunicatio-
nis sententiam incurre.

*Ad 4. Judici Ecclesiastico posset repræ-
sentari factum, & istius cognitioni relinqui
decisio, qui considerare debet circumstan-
tias casus; sàpē enim dissimulanda est pœ-
na, & coercitio judicis, ubi ex coercitione
aut fructus nullus speratur, aut majus
malum timetur.*

6.

CONCILIO LXXXI.

In causa Collectarum domibus Religiosis impo- sitarum.

SUMMARIUM.

1. *Facti species.*
2. *Personæ Ecclesiastica ab exactiōibus utroque
jure exempti sunt.*
3. *Quid observandum in casu necessitatis?*

4. *5. Ad ejusmodi contributiones imponendas
requiritur consensus summi Pontificis.*
6. *7. Superiores Monasteriorum non possunt
solvēre ejusmodi collectas.*

FACTI SPECIES.

I.



2.

Nte biennium ferè status cuiusdam Pro-
vincie aliquibus Religiosis in singulos
caminos ipsarū domum, & Monas-
teriorum, quæ il-
li inhabitant, indi-
xerunt certam steu-
ram, seu Collectam. Imposita hæc est
non ob causam singularem, aut repenti-
nam necessitatem, sed ordinariè quotan-
nis solet exigi à bonis subditorum, & Ec-
clesiasticorum, quæ alia steuris obnoxia
sunt. Ab ipsis autem domibus Religiosis
antehac petita est nunquam. Dicuntur
in impositionem hanc consensisse Episco-
pi, & Prælati, qui assident Conventui Sta-
tuum.

*quia nonnulli 1. eod. in 6. & Trid. sess.
25. c. 20. de reform.*

ita quidem, ut juxta c. quanquam cit. ii ,
qui ab hujusmodi personis, & locis hujus-
modi steuras, & Collectas exigunt, si
sint personæ singulares, Excommunica-
tionis, si universitas, interdicti pœnas
ipso facto incurrant.

Excipitur casus necessitatis, vel utilita-
tis publicæ: quo casu tamen
juxta c. non minùs, & c. adversus citt.
ut licetè talis impositio fiat, requiruntur
sequentes conditiones. 1. ut necessitas
illa, vel utilitas sit communis Laicis, &
Clericis. 2. ut eadem necessitas sit valde
gravis, vel utilitas evidens. 3. ut eidem
necessitati relevandæ Laicorum facultates
non sufficiant. 4. ut priùs Episcopus &
Clerus simul deliberent, an, & quantum
contribuendum sit. 5. ut desuper consul-
latur etiam summus Pontifex. 6. ut con-
tributiones ab Ecclesiasticis fiant sponte,
& absque ulla coactione, vel exactione
Sæcularium. Ex quo solvit, quod

3.

QUÆRITUR 1. an hujusmodi Steura-
rum, & Collectarum impositio sit contra Immuni-
tatem Ecclesiasticam? 2. affirmativè;
nam Clerici, aliaque personæ, & loca Ec-
clesiastica, uti à jurisdictione sacerdotali, ita
etiam à quarumcunque exactiōnum, à Prin-
cipi, vel alio simili Magistratu imposta-
rum, præstatione per antiquissimum pri-
vilegium utroque jure exempti sunt: Ci-
vili quidem

Auth. item nulla C. de Episcop. & Cle-
rici.
Canonico autem
c. quanquam 4. de censib. in 6. c. non mi-
nus 2. & c. adversus 7. de Immunit. c.
R. P. Schmalzgruber Consilia.

4.

QUÆRITUR 2. an consensus Episcopo-
rum, & Prælatorum sufficiat? Responden-
dum enim est negativè; nam omnes præ-
dictæ conditions requiruntur copulati-
vè, ut patet

ex c. non minùs, & c. adversus citt.
igitur, si una, vel plures ex prædictis
conditionibus, requisitis ad contribu-
tiōnem à Clericis faciendam Laicis, desint,
Clerici licet, & illæs conscientiæ non
possunt contributiones tales præstare.
Præcipue verò præter consensus Episco-
(CCCCZ) pi,